Fragmentarium

sed inter ab omnibus voluit agnosci:
qui dignatus est pro omnibus nasci.
Tribus igitur magis in regione ori
entali stella nove claritatis appa
ruit que illustrior ceteris pulchrior
que sideribus. facile in se intuentium
oculos animosque converteret. ut
confestim adverteretur non esse otio
sum quod tam insolitum vide
batur. Dedit ergo aspicientibus in
tellectum: qui prestitit signum. Et
quod fecit intelligi fecit inquiri:
et se inveniendum optulit requisitus.

R. Hodie in iordane bapti
zato domino aperti sunt celi et
sicut columba super eum spi
ritus mansit et vox patris intonu
it hic est filius meus dilectus
in quo michi complacui.

V. Celi aperti sunt super eum et
vox patris audita est. Hic est.

Sequuntur tres viri super
ni luminis ductum per
ui fulgoris indicium intenta
contemplatione comitantes. ad
agnitionem veritatis gratie sple
dore ducuntur: qui humano sen
su significatum sibi regis ortum
estimaverunt. in civitate regia
esse querendum. Sed qui servi sus
ceperat formam et non iudicare ve
nerat sed iudicari bethleem prele
git nativitati: iherosolimam pas
sioni. Herodes vero audiens iudeo
rum principem natum. successo
rem suspicatus expavit: et moli
tus necem salutis auctori falsum
spopondit obsequium. Quam
felix foret si magorum imitaretur
fidem. O ceca stulte emulationis
impietas. que perturbandum pu
tas divinum tuo furore consi
lium. Dominus mundi tempora
le non querit regnum: qui prestat
eternum. Quid in commutabi
lem dispositarum rerum ordi
nem vertere et alienum facinus
preoccupare conaris. Mors Christi non
temporis tui. Ante condendum est
evangelium. ante predicandum
dei regnum. ante sanitates donan
de. ante facienda miracula. Quod
alienum futurum est operis. cur tu
vis esse criminis? Et non habiturus
effectum sceleris in solum re
atum perpetuas voluntatis? Ni
chil hac molitione perficis nichil
peragis. Qui voluntate natus est
arbitrii sui voluntate moritur.
Tu autem

License: public_domain – Gent, Rijksarchief te Gent, Varia D, nr. 3360/1, fol. [3]v – Noted breviary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-pj8m/5461/51879)